



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

13. De salute, &c. Bulla PII IV. Super Episcoporum Residentia: anno 1560.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

ejus Litteras impetraverint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem Litteras, & processus habitos per eosdem, & inde sequuta quaecumque ad Præposituram huiusmodi volumus non extendi; Sed nullum per hoc eis quoad assequutionem Dignitatum, vel Beneficiorum aliorum præiudicium generari.

Aut si Abbati, & Conventui, ac Capitulo prædictis, vel quibusvis communitatibus vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad præsentationem, vel solutionem pensionis alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Dignitatibus Ecclesiæ Gandavenis huiusmodi, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctionem, vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per Litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & Litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenoribus existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, inhibitionis, decreti, statuti, ordinationis, erectionis, institutionis, reservationis, constitutionis, assignationis, voluntatis, abdicacionis, amotionis, immutationis, translationis, mandati, suspensionis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo primo, secundo Idus Augusti, Pontificatus nostri, anno secundo.

Sic Signatum à dextro latere Fed. Cardinalis Cæsius, à sinistro Cæsar Glorierius, & inferius A. de Alexiis.

Bulla PII Papæ IV. super Episcoporum residentia: an. 1560.

PIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

DE salute gregis Dominici, nobis ex alto commisi, attentius cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quæ grex ipse continua suorum cum eo residentia Pastorum præservetur à noxiis, & in devium prolapsus ad rectitudinis tramitem reducat, & ut Pastores ipsi residentiam ipsam, prout tenentur, commodius facere, ac circa ipsius gregis curam libentius ac ferventius invigilare, & illum ab errorum præcipitiis præservare, ac in fide orthodoxa & devotione nostra continere valeant, operam & operam efficacem impendimus, prout rerum & temporum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Hinc est, quod nos motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, universos, & singulos Venerabiles Fratres nostros Episcopos, Archiepiscopos, Primate, & Patriarchas ab Ecclesiis & Diocæsi suis absentes, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interdicti ingressus Eccle-

siæ penâ, eo ipso, absque alia declaratione incurrenda, districtè præcipiendo monemus, ut omnibus postpositis, quanto citius in Romanâ curiâ videlicet moram trahentes, intra unum: Extra eam verò in Italia, intra duos: Extra verò Italiam existentes, intra quatuor menses à die publicationis præsentium in locis infra scriptis faciendæ computandos se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias, seu Diocæses suas proficisci, & sese personaliter conferre, ac ibidem, ut teneantur, residere, & Pastorale officium exercere debeant.

Si quis autem à Parochiali, Primatiali, Metropolitana seu Cathedrali Ecclesia sibi quocumque titulo, nomine seu iure commissa, quacumque illa dignitate, gradu & præminencia præfulgeat, legitimo impedimento, seu ipsis & rationalibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diocæsim morando abfuerit, amissionis quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Ecclesiæ & pauperibus loci per Superiorem Ecclesiasticum applicandum, penam ipso iure incurrat.

Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum, similiter applicandam, eo ipso amittat: Crescente verò contumacia, ut severiori Sacrorum Canonum censura subiciatur, Metropolitanus Suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem Suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub penâ interdicti ingressus Ecclesiæ ipso iure incurrenda, infra tres menses per litteras, vel Nuntium Romano Pontifici denunciare teneantur, qui in ipsos absentes, prout cuiusque major aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ Sedis Auctoritate animadvertere, & Ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire. Eosdem autem Patriarchas, Primate, Archiepiscopos & Episcopos mandatis nostris parentes, & apud suas Ecclesias, seu in earum Diocæsi personaliter residentes, specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, ut liberius & commodius suo officio fungi valeant, eis, & eorum cuilibet, ut quando refecerint, etiam prætextu quorumcumque delictorum, excessuum, etiam atrociorum, etiam hæresis & læsæ Majestatis criminum, per eos quomodolibet commissorum, ad comparandum personaliter in Romana Curia per quoscumque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi vigore specialis commissionis manu nostra, vel Romani Pontificis pro tempore existentis signatæ trahi, aut citari non possint, nec debeant: Atque aliter factas citationes, & censuras in eis appositæ, ac inde secuta quaecumque, nulla & irrita, ac nullius roboris, & momenti fore, ac eos minimè afficere, aut arctare statuimus, & ordinamus. Nec non eos & eorum quemlibet ab omnibus & singulis decimis, subsidiis, & aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis quomodolibet nuncupatis, per Nos & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ad Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, etiam ad instantiam Regum & Principum quomodolibet, & ex quavis etiam, quamvis urgentissima, iustissima, ac pia & necessaria causa, etiam pro defensione Fidei Catholice, ratione dictarum Ecclesiarum, tunc & pro tempore impositis, illorumque solutione, Auctoritate Apostolica tenore præsentium, & simili scientia penitus & omnino eximimus & liberamus: nec ad id à dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, nec non Cameræ Apostolicæ Thesaurario, Præsentibus & Clericis, ac decimarum, subsidiarum & aliorum onerum huiusmodi collectoribus, & subcollectoribus, seu exactoribus & commissariis, ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcumque privilegiorum, indultorum & litte-

XIII.
Ex Me-
moir. du
Clergé de
France,
Tom. II.
pag. 374.

rarum, etiam presentibus derogantium, ac illarum tenorem de verbo ad verbum exprimentium, eis quomodolibet concessorum, & concedendorum, cogi, seu compelli, & ob non solutionem huiusmodi aliquas sententias, censuras & penas incurere posse decernimus: illisque & quibusvis aliis in virtute Sanctae obedientiae, & sub nostra indignationis, nec non Excommunicationis, aut suspensionis, ac privationis suorum Officiorum, & Beneficiorum, quae obtinent, & pro tempore obtinebant, eo ipso incurrendis penis, nec eosdem Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas sic in dictis Ecclesiis, vel earum Diocesi residentibus, quandiu in illis resederint, ut praefertur, ad solutionem Decimarum, subsidiorum, & onerum praefatorum cogere, ac propter illorum non solutionem excommunicationis, aut alias sententias, censuras & penas promulgare quoquomodo audeant, seu praesumant, districtius inhibemus. Et insuper eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, sicut praemittitur, residentibus, ultra privilegia & indulta eis per quoscumque Romanos Pontifices, Praedecessores nostros, ac Sedem Apostolicam, & Generalia Concilia, & Cancellariae Apostolicae regulas concessa, quae in suo robore permanere volumus, ut tanquam a dicta Sede delegati, in quibuscunque civilibus, criminalibus, vel mixtis causis, contra quoscumque Clericos, Saeculares, Regulares, ac etiam extra eorum Monasteria, seu Regularia loca degentes, Regulares quomodolibet exemptos, auctoritate nostra procedere, & causas ipsas cognoscere, sineque debito terminare, ac quidquid terminaverint, exequi & observari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes, iuxta eorum excessus & delicta punire, corrigere, & omnem jurisdictionem in eos exercere, omniaque alia & singula in praemissis, & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna, quae nosmetipsi facere, exercere, & exequi possumus, in omnibus & per omnia facere, exercere, & exequi liberè & licite valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem, auctoritate & tenore praedictis concedimus, & indulgemus, decernentes ab eorum ordinationibus, interlocutionibus & decretis ante definitivam sententiam, vel vim definitivae habentem, & ubi agatur de morum correctione, nullatenus etiam ad Nos & Sedem Apostolicam appellari posse. Et nihilominus per appellationes quascunque contra praesentium tenorem quomodolibet interpositas, minime causas devolvi, aut etiam per quasvis inhibitiones, etiam cum quibusvis censuris & penis, eis a quibusvis Iudicibus ordinariis, vel delegatis forsitan faciendas, illarum ulteriorem cognitionem & expeditionem, & ubi de morum correctione agatur, etiam legitimam executionem minime impediri, aut censuris & penis huiusmodi ligari, aut irritari censere. Sicque in praemissis omnibus & singulis, per quoscunque Metropolitanos, aut alios Iudices, & Commissarios, etiam Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis aliter iudicandi, & interpretandi, aut definiendi potestate, iudicari, defini, aut interpretari debere, nec non irritum & inane, quidquid fecus a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Mandantes Venerabilibus Fratribus nostris Feltrensi, & Parisiensi, ac Ameriensi Episcopis per Apostolica Scripta motu simili, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Episcoporum, Archiepiscoporum, Primatum, & Patriarcharum, seu alicujus eorum desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant eadem auctoritate nostra illos, & eorum singulos omnibus & singulis praemissis pacifice frui & gaudere, non permitten-

tes eos desuper per eosdem Camerarium, Thesaurarium, Praesidentes & Clericos, nec non Collectores, & Subcollectores, & Exatores, & Commissarios praefatos, seu quoscumque alios quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoscumque & rebelles per similes censuras, & penas Ecclesiasticas, ac alia opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis processibus, censuras & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Non obstantibus felicitis recordationis Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, & aliis Confectionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Camerae praefatae statutis, decretis, & declarationibus, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, nec non privilegiis, indultis, exemptionibus, etiam Mari magno, aut alias nuncupatis, conservatorum deputationibus, & eorum ac aliis inhibitionibus, quibus dicti Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchae deserte minime teneantur, sed illis rejectis, ac non obstantibus in dictis causis, ut praefertur, procedere, & illas jure debito terminare possint, ac Litteris Apostolicis eisdem Camerae Camerario, Thesaurario, Praesidentibus & Clericis ac Collectoribus, & Subcollectoribus, Exatoribus & Commissariis, ac Exemptis, nec non Regibus & Principibus praefatis, ac dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Sancti Spiritus in Saxia de urbe, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu proprio & scientia similibus concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro sufficienti derogatione de illis illorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, & quae adversus praemissa nemini suffragari posse volumus, contrariis quibuscumque. Aut si Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret praesentes litteras ad singula, in quibus forsitan fides facienda foret, loca deferri, volumus, ac eadem auctoritate decernimus, quod earum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Curiae Ecclesiasticae, vel personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem proisus Fides adhibeatur in iudicio, & alibi, ubi opus fuerit, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Quodque publicatio praesentium cum dimissione Copiae in valvis Basilicae Principis Apostolorum & Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae eosdem Praelatos, & eorum singulos etiam a dicta Curia absentes, sicut praefertur, monitos arctet & afficiat, perinde ac si praesentes litterae eis ac eorum cuilibet personaliter intimatae forent.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae monitionis, statuti, ordinationis, exemptionis, liberationis, inhibitionis, concessionis, indulti, derogationis, voluntatum & decretorum infringere, vel ei asu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe-

tri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-
furum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno In-
carnationis Dominicæ 1560. Prid. Nonas Septem-
bris, Pontificatus nostri anno primo.

Signatum, Cæ. Glorierius, & Barengus, Anno
à Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexa-
gesimo, Indictione tertia, die vero XIII. Septem-
bris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris &
Domini nostri Pii, divina providentia Pa-
pæ IV. anno primo, retroscriptæ litteræ affixæ,
lectæ & publicatæ fuerunt Romæ in locis retro-
scriptis, dimissis ibidem copiis affixis, juxta illa-
rum formam, & tenorem, per nos Jacobum Car-
ram, & Bernardinum Andrentium, præfati San-
ctissimi Domini nostri Papæ Cursores. Antonius
Clerici Magister Curforum.

Episcopatum Ruræmundensem in Gelria, Archie-
piscopus Mechliniensis Suffraganeum erigit:
anno 1561. eidem assignans Limites, & pro dote
Præposituram Marfanensem, prope Mosæ-Tra-
jectum, Præposituram Ecclesiæ Sancti Spiritus
Ruræmundæ, & alia quædam Gelriæ Mona-
stera.

PIUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memo-
riam.*

Regimini Universalis Ecclesiæ disponente Do-
mino præidentes, pro Ecclesiarum qua-
rumlibet, præsertim noviter erectarum, illis-
que præfidentium statu salubriter dirigendo, prout
ex debito nobis injuncti Pastoralis Officii tenemur,
solicite considerationis aciem extendimus, & ad
ea, per quæ Ecclesiarum impositarum dotationi,
decori, venustati, suorumque Præfulum, Capi-
tulum, & aliarum personarum Divinis ibi Lau-
dibus insistentium opportuna subventioni, cum
Divini Cultus augmento, & animarum Christi-
fidelium salute consulitur, nostræ sollicitudinis
partes libenter adhibemus, ac alias super his
etiam nonnulla, quæ à Prædecessoribus nostris,
licet consultè gesta fuerint, ex saniori tamen con-
silio prudenter immutando disponimus, prout lo-
corum, temporum, personarumque qualitate pen-
sata, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cum itaque alias postquam felicis recordationis
Paulus PP. Quartus, Prædecessor noster, ut pro-
vidi Pastoris debitum exigebat, in ea inferioris
Germaniæ parte, quæ charissimo in Christo Filio
nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico hæ-
reditario jure subjecta est, pro tanta celeberrimo-
rum, quæ illic existunt, oppidorum frequentia,
populorumque multitudine, adeo paucas Eccle-
sias Cathedrales inesse considerans, ut illarum
Episcopi eâ, quæ opus erat, diligentiam tantam
animarum multitudinem regere non possent.

Idque quibusdam eò difficilior esse, quod ho-
mines sui Diocesani vulgari idiomate institutisque
differebant, & quidam eorum etiam ejusmodi
privilegia habebant, ut ipsos ad Episcopalem Sedem
evocare non liceret, unde præfati Episcopi,
nec Fidei Catholice doctrinam, ac rectam vi-
vendi rationem populos suos docere, nec in de-
linquentes animadvertere commodè quibant, Fi-
desque & animarum salus ibidem ob multiplices
hæreticorum, & schismaticorum, quibus ipsa Re-
gio undique ferè circumdata erat, insidias, pe-
nitiferasque doctrinas maximo in discrimine verla-
batur.

His aliisque gravibus causis impulsus, volens
etiam prædicti Philippi Regis hoc illi humiliter
supplicantis precibus, pioque desiderio in ea parte
satisfacere, habita, sicut tanta res postulabat, cum
fratribus suis, de quorum numero tunc eramus,

matura deliberatione, de eorum consilio, deque
Apostolicæ Potestatis plenitudine Mechliniense, &
quod in Ducatu Geldriæ, & Diocesi Leodiensi
consistebat, Ruremundense, ac diversa alia tunc
expressa oppida insignia dictæ Regionis, cum
omnibus & singulis conterminis, Territoriis, Cle-
ris, Populis, Personis, Monasteriis, & Beneficiis
Ecclesiasticis, cum Cura, & sine Cura Sæcularibus,
& quorumvis Ordinum Regularibus, aliisque piis
locis, à suis quodque Diocesi & Provincia per-
petuò segregaverat, diviserat, & separaverat.

Ac Mechliniense, Ruremundense, reliquaque
oppida prædicta sic divisa in Civitates, Sedem
verò Mechliniensem in Metropolitanam, ac Colle-
giatam Sancti Spiritus Ruremundensem, cæteras-
que alias aliorum oppidorum in Civitates erecto-
rum hujusmodi Ecclesias in Cathedrales pro toti-
dem Episcopis erectas, qui suis quique præfuerint
Ecclesiis, ac Ruremundensi, aliisque Ecclesiis,
& Civitatibus præfatis certos districtus, per Nun-
tium suum postmodum ab eo illuc mittendum
limitandos, pro sua Diocesi perpetuò concesserat.

Nec non Ruremundensem, & certas alias tunc
expressas Ecclesias, Civitates & Dioceses dictæ
Ecclesiæ Mechliniensi pro sua Provincia subjecerat,
singulisque Ruremundensis, & aliarum noviter
erectarum Cathedralium Ecclesiarum Mensis Epi-
scopalibus annum redditum trium millium Duc-
atorum auri de Camera ex certis decimis, &
bonis, ac fructibus, redditibus, & proventibus
Ecclesiasticis per dictum Nuntium specificandis,
& repartendis, ex tunc, prout ex ea die, & è
contra, postquam specificati, & repartiti, ac in-
terim donec specificatio, & repartitio hujusmodi
factæ, ac effectum sortitæ forent, & non ultra;

Cuilibet ex prædictis Mensis pro earum dote
alium annum redditum mille, & quingento-
rum Ducatorum similium per ipsum Philippum
Regem ex redditibus, & proventibus, quos ex
dicta Regione percipiebat, cuilibet ex Ruremun-
denti, aliisque noviter institutis Episcopis pro
tempore existentibus, annis singulis, quousque
specificatio, & repartitio prædictæ, ac pro ea
tantum parte, quæ plenarium suum effectum mi-
nus sortita foret, nec ultra, integrè, & propor-
tionaliter persolvendum, perpetuò applicaverat,
& appropriaverat.

Ac eidem Philippo Regi, ejusque Successoribus,
qui pro tempore ejusdem Regionis in temporali-
bus Domini essent, jus nominandi Romano Pon-
tifici personas idoneas, ac alias tunc certis ex-
pressis modo, & forma qualificatas ad Ruremun-
densem, & alias Cathedrales Ecclesias sic erectas,
tam à primæva illarum erectione hujusmodi,
quàm quotiescumque illas pro tempore vacare
contingerit, Romano Pontifici, qui pro tempore
foret, per eum in Episcopos ad nominationem
hujusmodi nominandos in perpetuum reservave-
rat, per quasdam sub plumbo, & deinde per alias
suas in forma Brevis Litteras, Venerabili Fratri
nostro, tunc suo, Salvatori Episcopo Clusino, suo
& Apostolicæ Sedis in partibus illis Nuntio, dederat
in mandatis, ut personas idoneas, quæ dictas
Provincias & Dioceses distinguerent, & limita-
rent, ac dotem dictarum Ecclesiarum à Monaste-
riis, Prioratibus & Præposituris, sub illis confi-
sistentibus di membrarent, cum potestate omnia in
his necessaria faciendi, vice sua deputaret.

Dilectus Filius noster Antonius titulo Sancti
Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis de
Granvella nuncupatus, tunc Episcopus Atrebatensis,
ac quatuor alii scientia, & probitate insignes viri,
quos ipse Salvator Episcopus, & Nuntius, dicto
Prædecessore interim de medio sublato, vigore,
seu prætextu mandati, & posteriorum litterarum
hujusmodi substituerat, licet forsan eorum aliqui
de illis personis non essent, quæ ad id canonice
subdelegari possent, facta nihilominus per eos

quam